Quelle:
Copyright:

C. S. Apollinaris Sidonii Libri IX. Epistolarum.

85a – 130a

4.

Caji Solii Apollinaris Sidonii Epistolarum Libri IX. In fronte legitur titulus: "Gaij Soly Sydonii Appolinaris Episcopi beati Epistole". Typis eas vulgarunt, notisque illustrarunt Petrus Colvius, Jo. Sararonius, et Jac. Sirmondus, cujus in Operibus f. Paris. 1696. Tom. I. ex. stant T. I. col. 897. Variantes plures deteci lectiones, illudque memoratu dignum, Codicem nostrum plerumque convenire cum variantibus, in margine a Sirmondo notatis. Caret autem Codex noster multis, presertim a libro VII Epistolis, et finitur libri IX. Epistola 6ta, quo incipit: "Viguit pro dilectissimo nostro" et. "Ad calcem hoc adduntur: "Amen. finitum per fratrem "M. Ebner de Jglavia". Liber iste Epistolarum "beati Sydonii Episcopi Clarimontis. Arvernis in magna "admodum est auctoritate atque delectatione intelli. "gentium lectorum adeo, ut in parte Arvernye tanquam "tritum sermone proverbium istud dicatur Nihil novit "qui Sydonium non novit. Vernat siquidem totus ver. "borum floribus. Sermonum ornatibus. Pollet nihilo. "minus totus verborum pondere. Sensuum gravitate. "Porro etiam inter hoc omnia placet granditer horum "omnium observata proprietate. quod adutus lector "atque exercitatus diligenter considerans magis nam "f. quam.:) Simplex et ydiota intelligel Tu autem "pie Jesu miserere nobis". Post hoc sequitur frag. mentum vitae Sidonii, quod incipit: "Sanctus Sydonius tante facundie erat", quodve desumtum ex S. Gregorii Ep. Turonensis historia Francorum, quam vide in Biblioth. max. vet. Pat. Lugd. 1677. T. XI. cap. 22. pag 721.

f. 128 v

f. 129 op.

C. S. Apollinaris Sidonius, Lugduni circa A. C. 430. natus, tam genere quam religione et doctrina clarus, Prefecti Urbis, Patricii ac Senatoris dignitate auctus, tandem in demortui Sparchii Arvernensium Episcopi locum subrogatus, ad 472. obiit ao 482. Sirmondus l. cit. Genadius de viris illustr. c. 92.